HARRY RANSOM
HUMANITIES RESEARCH CENTER
The University of Texas at Austin

NOTICE: WARNING CONCERNING COPYRIGHT RESTRICTIONS

The copyright law of the United States (Title 17, United States Code) governs the making of photocopies or other reproductions of copyrighted materials.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copying order if, in its judgment, fulfillment of the order would involve violation of copyright law.

****

This digital reproduction for research purposes was produced by the Harry Ransom Humanities Research Center, The University of Texas at Austin, PO Box 7219, Austin, Texas 78713 Web site: www.hrc.utexas.edu. Researchers are advised that material still in copyright may not be quoted from or published (beyond what is allowed by the Fair Use provisions of the U.S. Copyright Law) without written permission of the copyright owner.

Reproductions of manuscripts or other original materials may not be deposited in another institution without the written permission of the Ransom Center. Further reproduction in any medium of these images is prohibited, with the exception of paper copies made for research use.

- 7/05

uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur uobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem erit omnis: si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. trabem autem que in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non uides? Ypocrita: eice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Off. Illumina oculos

Quere sabbato ante Palm. Secr.

Oblationibus nostris quesumus domine placare susceptis et ad te nostras etiam rebelles compelle propicius uoluntates. Com.

Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus deus me-

[illegible] us adiutor meus. Pr. Com.

Misteria domine nos simplicia purificent et suo munere tueantur. Fa. iiij. Pet. apli.

Karissimi: Magis satagite ut per bona opera certam uocationem et electionem faciatis. Hec enim facientes: non peccabitis aliquando. Sic enim habundanter ministrabitur uobis introitus in eternum regnum domini nostri et saluatoris ihesu christi. Propter quod incipiam uos semper commonere de hiis: et quidem scientes et confirmatos in presenti ueritate. Iustum arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitione. certus quod uelox est depositio tabernaculi mei secundum quod et dominus noster ihesus christus significauit michi. Dabo autem operam et frequenter uos habere post obitum meum ut horum faciatis memoriam. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus uobis domini nostri ihesu christi uirtutem et presentiam: sed specu-

latores facti illius magnitudi
nis. Accipiens a deo patre s[cilicet]
gloriam et honorem. Matheum
In ill[o] t[empore]. Cum venisset ihesus
in templum, accesserunt ad
eum principes sacerdotum
et seniores populi dicentes. In
qua potestate hec facis? Et
quis tibi dedit hanc potesta
tem? Respondens ihesus,
dixit illis. Interrogabo vos
et ego unum sermonem,
quem si dixeritis michi et
ego vobis dicam in qua po
testate hec faciam. Baptismum
iohannis unde erat? e celo an ex
hominibus? At illi cogitabant
intra se dicentes. Si dixerimus
e celo, dicet nobis. Quare
ergo non credidistis illi? Si
autem dixerimus ex hominibus,
timemus turbam. Omnes
enim habebant iohannem
sicut prophetam. Et responden
tes ihesum dixerunt. Nescimus.
Ait illis et ipse. Nec ego di
co vobis in qua potestate
hec facio. Feria vi. S[ecundum] Matheum
In ill[o] t[empore]. Interrogaverunt
ihesum discipuli eius dicentes.
Quid ergo scribe dicunt.

quod eliam oportet primum
venire? At ille respondens
ait illis. Helyas quidem ven
turus est et restituet omnia.
Dico autem vobis, quia he
lias iam venit et non cogno
verunt eum, sed fecerunt
in eo quecumque voluerunt.
Sic et filius hominis passurus
est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli, quia de iohanne
baptista dixisset eis. Et
cum venisset ad turbam,
accessit ad eum homo geni
bus provolutus ante eum
dicens. Domine miserere
filio meo quia lunaticus est,
et male patitur. Nam sepe
cadit in ignem, et crebro
in aquam. Et optuli eum
discipulis tuis, et non potu
erunt curare eum. Respon
dens ihesus ait. O generatio
incredula atque perversa,
quo usque patiar vos? Affer
te huc illum ad me. Et in
crepavit eum ihesus, et exiit
ab eo demonium. Et cura
tus est puer ex illa hora.
Do.
Exaudi domine vocem. V.